

Videmus prò dolor quantæ fuerint migrationes Eccleſiæ ex florentiſ-
ſimis locis, Græcia et Aſia in has ultimas partes Myſorum: et ut eſt
conſentaneum, Eccleſia, propter ingratitudinem et innumera pc̃ta noſtra,
quib. iram DEI in nos quotidiè concitamus, migrabit ulteriq in aſperrima
loca ſeptentrionis, niſi magnus Dux Michaël, qui pro filijs populi ſui
dimicat, conſilia et machinationes hoſtium Eccleſiæ, quæ jam jam undiq.
fluctibus, qui naufragium ei minantur, quaſſatur turbulentiſſimis, impediat
et corda eorum flectat, ne tantum nocere poſſint, quantum uolunt et conantur.
Reſpiciam, igr̃ ad fraternum Filij DEI animum, quoties duris afficimur
in hac uita, et Cruce admoniti timeamus eum, cùm piè canendo, tum
inculpatè uiuendo, ut gladio, quo ipſe uſus eſt, hoſtem, qui iniuſtis
nos terruit armis, reprimere; motis jam grauiter imperijs pacem,
qua nil meliq, et quam nos oẽs poſcim, obtinere; et cum Pſalmiſta pro
liberatione deuotione ſumma pſallere poſſimus: Magnificate Doĩm me-
cum: quia eripuit me ex omnib. tribulationib. et pauorib. meis. Amen
Anno M.D.XCVII. die 12. Cal. Octobr. Cum Scythæ finitimis;
Turci uero Germanis exercitu fortiſſimo bellum inferrent triſtiſſimum,
Cantionem hanc Hieronym, Clemstein Patriæ Ciuis pp̃ria manu ſcribe-
bat.

SLUB Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id481670351/740
LÖBAU